

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7356

**Autre(s) référence(s) :** Round 352

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Les Préaux, Saint-Pierre de Préaux (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1185-1188, janvier]

**Lieu d'émission :** Caen

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation de diverses donations faites à l'abbaye de Préaux.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCLXXVII, t. 2, p. 295-296.
- b. Rouet Dominique, *Le cartulaire de l'abbaye bénédictine de Saint-Pierre-de-Préaux (1034-1227)*, Paris, Éditions du CTHS (Collection de documents inédits sur l'Histoire de France, section d'Histoire et de Philologie des civilisations médiévales ; série in-8°, 34), 2005, n° B73, p. 303-304.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, p. 118, n° 352. Page William, *The Victoria History of the County of Dorset*, Londres, Oxford University Press (The Victoria History of the Counties of England ; 9-2), 1908, 1968, 2 vol., t. 2, p. 120, n. 114. Vincent Nicholas, *Acta of Henry II and Richard I, Part 2*, a supplementary handlist of documents surviving in the original in repositories in the United Kingdom, France, Ireland, Belgium and the USA, Richmond, Surrey, List & Index Society (Special Series, List & Index Society ; 27), 1996, n° 1923H.

## Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 296. Hugues de Nonant, élu de Coventry, élu en 1185 et sacré le 31 janvier 1188.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopus, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse abbacie Sancti Petri de Pratellis et monachis ibidem Deo servientibus subscriptas rationabiles donationes sibi factas et cartis donatorum confirmatas : Ex dono Alani Pincerne, concessione Roberti comitis Mellenti, C. solidos Andegavensium in stallis Pontis Audomari, quos Gualerannus, pater ipsius comitis, eidem Alano dederat pro servitio suo. Ex dono Hugonis Villani, concessione prefati comitis, quicquid habebat in villa de Cheorleton, que est juxta Pesteberi, in terris et hominibus, in aquis et pratis et pascuis, cum omni eo quod habebat consuetudinis in nemore quod est ibidem, salvo servitio ipsius comitis. Ex dono Rogeri de Portis, concessione Radulphi et Willelmi filiorum suorum, terram XV. acrarum apud Mesnillum Othonem, quam terram Godefridus de Combonio possedit et predictae abbacie donavit habendam et possidendam in perpetuam elemosinam, que determinatur in carta ipsius Rogeri. Quare volo et firmiter precipio quod memorata abbatia Sancti Petri de Pratellis et monachi in ea Deo servientes omnia predicta habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte donatorum testantur.

Testibus : Waltero Rothomagensi archiepiscopo, H. Dunelmensi et H. Baiocensi episcopis, H. Covintrensi electo, comite Willelmo de Mannevilla, Willelmo de Humetis constabulario, Willelmo Filio Radulphi senescallo Normannie, Alveredo de Sancto Martino, Willelmo de Mara.

Apud Cadomum.